manuscript

Seite 140r

Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36453
Copyright: Melk, Benediktinerstift



Et baptisauit eam et omnes qui aderant credentes. Reuersus autem ad loca sua admonuit ut ecclesiam diligeret. sacerdotes honoraret. et assidue ad audiendum uerbum dei in ecclesia conueniret. Trepsia autem reuersa est ad regem. Et dixit ei rex. Quare tantas moras sustinuisti ad myndoma. ut a matutino tempore usque ad uespertinum non uenires. Dixit ei trepsia. Cum putabam myndoma stultam esse et ipsa autem ad uera sapiam peruenit. in qua me fecit uiuere et ne perire. Nam et ipsum uidi per apostolum suum qui dat omnibus salubre consilium. unde et tu sis rex. quia potes immortalis effici. hunc si audire uoluisses non morieris metuens. Tunc expauit cor regis. et uiuit ad se adduci cognatum suum carissimum. et cepit eum clamare et dicere. Cum tua studium recuperare tibi mea amisi. Nam scias peior facta es mi trepsia quam tibi myndoma. Statim que mittere uiuit ad thomam. et manibus ate ergo ligatis adduci ante se. et dixit ei. Dnus es iste de tuis qui conuiuges meas per a nobis separat. Respondit thomas. Audi si uobis. Tu cum sis rex temporalis nunquid uis habere moriuata seruicia. Si ergo tu homo mortalis mundos seruos habere studes atque mundas ancillas. quanto magis credere debes amare deum castum et mundum seruicia. Si ergo hoc deum amare in seruis suis et ancillis predico quod tu in suis tuis et ancillis diligis quod caupor. Dicit ei myserde rex. Ego permisi trepsiam uxorem meam ut cognatam suam myndomam de capitaneo in quo tu eam in seruos liberaret. tu uero et ipsam in capiciuum misisti. Apostolus rendit precepit non est nisi recedere a deo et a caritate. et ire in libidinem et ydolatriam